[illegible] in malo ceci tigne(?) [illegible]
et qui est. ¶ Dampnati habent spem secundum illud Iob. xx [illegible]
ei fluctuabit eum. Quod uero [illegible]
¶ Sicut fides potest esse formata et [illegible]
in(formis) et spes. Et si fides informis potest [illegible]
esse in dampnatis secundum illud Iac. ij. demones cred[unt]
et contremiscunt. Quod uero et spes informis [illegible]
peccatis. ¶ Nullus homo post mortem [illegible]
esse meritum uel demeritum quod uiuit [illegible]
Ecclesiastes xi. Si ceciderit lignum ad austrum aut
aquilonem in quocumque loco ceciderit ibi erit [illegible]
dampnabuntur in hac uita spem non [illegible]
ergo et in futura uita spem habebunt. ¶ S[illegible]
spes est certa expectatio(?) gaudium [illegible] ro. xij. spe gaudentes [illegible]
. Si dampnati non sunt [illegible] dicit [illegible]
[illegible] in uictu fletus ysa. lxv. [illegible]
[illegible] pre exultatione cordis et uos clamabitis [illegible]
dolore cordis et pre contritione spiritus ululabitis [illegible]
[illegible] in dampnatis. ¶ [illegible] quod sicut [illegible]
[illegible] ut in ea quiescet uoluntas [illegible]
[illegible] pene ut id quod penam infligit [illegible]
tati repugnet non potest aut uoluntate [illegible]
re uel ei repugnare quod [illegible]
dicitur [illegible] quod angeli [illegible]
[illegible] in potestatu aut [illegible]
lapsum [illegible] peccatum sui [illegible]
[illegible] et [illegible] ut est [illegible]
[illegible] perpetuitate [illegible]
non quietaret [illegible] perpetuitas dampnationis [illegible]
[illegible] ad penam dampnatorum [illegible]
pene [illegible] uoluntati repugnaret quod esse [illegible]
si perpetuitatem huius dampnationis ignoraret [illegible]
ad [illegible] misericordie dampnatorum pertinet ut [illegible]
[illegible] quod nullo [illegible] post dampnationem [illegible]
[illegible] et ad [illegible] [illegible]
xv. non credit quod reuerti possit de tene[bris]
ad lucem [illegible] post [illegible]
[illegible] possibile sicut nec [illegible]

[illegible]
id est
in dolore

[illegible] esse [illegible] dicitur ad deum
[illegible] [illegible] Sequitur supra
[illegible] [illegible] filiorum tunc ostend
[illegible] sequitur timor initialis qui in eius
[illegible] timorem vero autem malum culpe
[illegible]dium et de passione timoris dicit
[illegible] dicit timore et quia passio est
[illegible] attrudit in cordis ad deum ut dicitur
[illegible] bonum morale semper consistit in conversione ad
[illegible] morale in aversione a deo et ideo omnis
[illegible] importat bonum morale vel malum.
[illegible] importat bono et malo morali et ideo
[illegible] timores. Jo. iiii. Quia timor
[illegible] et pro peccatis deum timuerunt servientes.
[illegible] peccata vel timoris ad invicem ergo.
[illegible] ex servientis peccati vel timore eius
[illegible] timore amoris unde timor filialis
[illegible] quia procedit caritatis amore deus
[illegible] Ro. viii. accepistis spiritum adop
[illegible] in quo clamamus abba pater et sic eadem
[illegible] constituimus [illegible] ad cor. [illegible]
[illegible] cum uno [illegible] caritatem [illegible] Timor
[illegible] aliud [illegible] caritatem in [illegible]
[illegible] dicit. Jo. iiii. Quia timor penam habet
[illegible] penam. Sed dupliciter. Nam timor unus
[illegible] respicit penam [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] infligunt vel comminant. Set timor
[illegible] respiciunt penam per quam homines [illegible]
[illegible] infligitur vel comminatur.
[illegible] timor servilis respicit. timor
[illegible] Jo. v. quia eadem [illegible]
[illegible] timore amittendi [illegible]
[illegible] timore amittendi voluntatem
[illegible] [illegible] ad cor. pertinet. et ideo
[illegible] [illegible] communis [illegible]
[illegible] [illegible] sicut [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] cum omnibus [illegible]

[illegible] dono timoris quod [illegible] donum timoris beatitudini [illegible] sic debet [illegible] ei respondere beatitudo [illegible] pacifice quia filii dei vocabuntur ut dicitur [illegible] .xx.v. et [illegible] in quo gloriae filiorum dei [illegible] illa beatitudo magis respondet dono timoris quam paupertas spiritus. Item [illegible] beatitudinibus respondent fructus. Sed nihil in fructibus invenitur quod respondeat dono timoris. Ergo nec in beatitudinibus aliquid ei respondet. Sed contra est quod Augustinus dicit in libro de sermone domini in monte: Timor dei congruit humilibus de quibus dicitur beati pauperes spiritu. Respondeo dicendum quod timori proprie respondet paupertas spiritus. Cum enim ad timorem filialem pertineat exhibere deo reverentiam et ei subditum esse, id quod ex huiusmodi subiectione consequitur pertinet ad donum timoris. Ex hoc autem quod aliquis deo se subiciat desinit quaerere in seipso vel in aliquo alio magnificari nisi in deo. Hoc enim repugnaret perfectae subiectioni ad deum. Unde dicitur in psalmo: hii in curribus et hii in equis, nos autem in nomine domini dei nostri. Et ideo ex hoc quod aliquis perfecte timet deum consequens est quod non quaerat magnificari in seipso per superbiam, neque etiam quaerat magnificari in exterioribus bonis, scilicet honoribus et divitiis, quorum utrumque pertinet ad paupertatem spiritus, secundum quod paupertas spiritus intelligi potest vel exinanitio inflati et superbi spiritus ut Augustinus exponit, vel etiam abiectio temporalium rerum quae fit spiritu, idest propria voluntate per instinctum spiritus sancti, ut Ambrosius et Ieronimus exponunt. Ad primum ergo dicendum quod cum beatitudo sit actus virtutis perfectae, omnes beatitudines pertinent ad perfectionem spiritualis vitae. In qua quidem perfectione principium esse videtur ut tendens ad perfectam spiritualium bonorum participationem terrena bona contemnat, sicut et timor primum locum in donis habet. Non autem consistit perfectio in ipsa temporalium desertione, sed haec est via ad perfectionem. Timor autem filialis, cui respondet beatitudo paupertatis, etiam est cum perfectione sapientiae, ut dictum est. Ad secundum dicendum quod directius opponitur subiectioni ad deum quam facit timor filialis indebita magnificatio hominis vel in seipso vel in aliis rebus quam delectatio extranea. Quae tamen opponitur timori ex consequenti, quia qui deum reveretur et ei subicitur non delectatur in aliis a deo. Sed tamen delectatio non pertinet ad arduum quod respicit

[illegible] utrum desperatio sit peccatum. Secundo utrum possit esse sine infidelitate. Tertio utrum sit maximum peccatorum. Quarto utrum oriatur ex accidia.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod desperatio non sit peccatum. Omne enim peccatum habet conversionem ad commutabile bonum cum aversione ab incommutabili bono, ut patet per Augustinum in libro de libero arbitrio. Sed desperatio non habet conversionem ad commutabile bonum. Ergo non est peccatum. Praeterea, illud quod oritur ex bona radice non videtur esse peccatum, quia non potest arbor bona malos fructus facere, ut dicitur Matthaei vii. Sed desperatio videtur procedere ex bona radice, scilicet ex timore dei vel ex horrore magnitudinis propriorum peccatorum. Ergo desperatio non est peccatum. Praeterea, si desperatio esset peccatum, in damnatis esset peccatum quod desperant. Sed hoc non imputatur eis ad culpam, sed magis ad damnationem. Ergo neque viatoribus imputatur ad culpam, et ita desperatio non est peccatum. Sed contra, id per quod homines in peccata inducuntur non solum videtur esse peccatum sed principium peccatorum. Sed desperatio est huiusmodi, dicit enim apostolus de quibusdam ad Ephesios iiii: Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae in operationem omnis immunditiae et avaritiae. Ergo desperatio non solum est peccatum sed aliorum peccatorum principium. Respondeo dicendum quod secundum philosophum in vi ethicorum, id quod in intellectu est affirmatio vel negatio est in appetitu prosecutio et fuga, et quod est in intellectu verum et falsum est in appetitu bonum et malum. Et ideo omnis motus appetitivus conformiter se habens intellectui vero est secundum se bonus, omnis autem motus appetitivus conformiter se habens intellectui falso est secundum se malus et peccatum. Circa deum autem vera existimatio intellectus est quod ex ipso provenit hominum salus et venia peccatoribus datur, secundum illud Ezechielis xviii: nolo mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat. Falsa autem opinio est quod peccatori poenitenti veniam deneget vel quod peccatores ad se non convertat per gratiam iustificantem. Et ideo sicut motus spei qui conformiter se habet ad existimationem veram est laudabilis et virtuosus, ita oppositus motus

1132 f 2

BIBL. UNIV. HELS. Mscr.

[...] Et hoc modo ex virtuosa radice non potest procedere peccatum per se, sicut Augustinus dicit in libro de libero arbitrio, virtute nemo male utitur. Alio modo procedit aliquid ex virtute indirecte sive occasionaliter. Et sic nihil prohibet peccatum ex gratia virtutum procedere, sicut ex virtutibus aliqui superbiunt, secundum Augustinum: superbia bonis operibus insidiatur ut pereant. Et hoc modo ex timore et tristitia contingit desperatio in his qui bonis male utuntur et occasionem ab eis recipiunt desperandi.

Ad tertium dicendum quod damnati non sunt in statu sperandi, propter impossibilitatem reditus ad beatitudinem. Et ideo quod non sperant non imputatur eis ad culpam, sed est pars damnationis ipsorum. Sicut etiam in statu viae si quis desperaret de eo quod non est natus adipisci, vel quod non est debitum adipisci, non esset peccatum; puta si medicus desperat de curatione alicuius infirmi, vel si aliquis desperet se fore divitias adepturum.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod desperatio sine infidelitate esse non possit. Certitudo enim spei a fide derivatur. Sed manente causa non tollitur effectus. Ergo non potest aliquis certitudinem spei amittere desperando, nisi fide sublata. Praeterea, praeferre culpam propriam bonitati vel misericordiae divinae est negare infinitatem divinae bonitatis vel misericordiae, quod est infidelitatis. Sed qui desperat culpam suam praefert misericordiae vel bonitati divinae, secundum illud Gen. IV: maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Ergo quicumque desperat est infidelis. Praeterea, quicumque incidit in haeresim damnatam est infidelis. Sed desperans videtur incidere in haeresim damnatam, scilicet Novatianorum, qui dicunt peccata non remitti post baptismum. Ergo videtur quod quicumque desperat sit infidelis. Sed contra est quod, remoto posteriori, non removetur prius. Sed spes est posterior fide, ut supra dictum est. Ergo remota spe potest remanere fides. Non ergo quicumque desperat est infidelis.

Respondeo dicendum quod infidelitas pertinet ad intellectum, desperatio vero ad vim appetitivam. Intellectus autem universalium est, sed vis appetitiva movetur circa particularia; est enim motus appetitivus ab anima ad res, quae in seipsis particulares sunt. Contingit autem aliquem habentem rectam existimationem in universali non recte se habere circa motum appetitivum, corrupta [...] motus spei auferri potest non solum sublata universali existimatione fidei, quae est sicut causa prima certitudinis spei, sed etiam sublata existimatione particulari, quae est sicut causa secunda.

Ad primum ergo dicendum quod si quis existimaret misericordiam Dei non esse infinitam, esset infidelis. Hoc autem non existimat desperans, sed quod sibi in statu illo propter aliquam particularem dispositionem non sit de divina misericordia sperandum. Et similiter dicendum est ad secundum, quod Novatiani universaliter negant remissionem fieri in ecclesia.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod desperatio non sit maximum peccatorum. Potest enim esse desperatio absque infidelitate, ut dictum est. Sed infidelitas est maximum peccatorum, quia subruit fundamentum spiritualis aedificii. Ergo desperatio non est maximum peccatorum. Praeterea, maiori bono maius malum opponitur, ut patet per Philosophum in VIII Ethic. Sed caritas est maior spe, ut dicitur I ad Cor. XIII. Ergo odium Dei est maius peccatum quam desperatio. Praeterea, in peccato desperationis est solum inordinata aversio a Deo. Sed in aliis peccatis est non solum inordinata aversio, sed etiam inordinata conversio. Ergo peccatum desperationis non est gravius, sed minus aliis. Sed contra, peccatum insanabile videtur esse gravissimum, secundum illud Ierem. XXX: insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Sed peccatum desperationis est insanabile, secundum illud Ierem. XV: plaga mea desperabilis renuit curari. Ergo desperatio est gravissimum peccatum.

Respondeo dicendum quod peccata quae opponuntur virtutibus theologicis sunt secundum genus suum aliis peccatis graviora. Cum enim virtutes theologicae habeant Deum pro obiecto, peccata eis opposita important directe et principaliter aversionem a Deo. In quolibet autem peccato mortali principalis ratio mali et gravitas est ex hoc quod avertit a Deo; si enim posset esse conversio ad bonum commutabile sine aversione a Deo, quamvis esset inordinata, non esset peccatum mortale. Et ideo id quod primo et per se habet aversionem a Deo est gravissimum inter peccata mortalia. Virtutibus autem theologicis opponuntur infidelitas, desperatio et odium Dei. Inter quae odium et infidelitas, si desperationi comparentur, invenientur secundum se, idest secundum rationem propriae speciei, graviora. Infidelitas enim provenit ex hoc quod homo ipsam Dei veritatem non credit; odium vero Dei provenit ex hoc quod voluntas hominis ipsi divinae bonitati contrariatur; desperatio autem ex hoc [...]